Ludewig, Friedrich August

CLAVIS VIRGILIANA

sive

EXPLICATIO

VOCABULORUM DIFFICILIORUM

plerumque omnium;

FORMULARUMQUE DICENDI

complurium

quae in

VIRGILII OPERIBUS

occurrunt.

Auctore

Friderico Augusto Ludewig.

PARS I.

BUCOLICA ET GEORGICA.

Berolini.

Sumtibus Henrici Frölich. 1805.

P. VIRGILII MARONIS

BUCOLICA.

ECLOGA I.

Patulus, dispansus, longe lateque ramis diffusus.

Recubare, quiete jacere, quiescere.

Tegmen, umbra, quae tegendo efficitur.

Silvestris, agrestis, rusticus, pastoritius.

Musa, carmen.

Meditari, exercere.

Arena, fistula e culmo arenae.

Dulcis, jucundus, gratus.

Linquere, relinquere, deserere.

Arvum, proprie, ager aratus non satus; deinceps, unusquisque ager.

Fugere, ad fugendum cogi, expelli.

Lentus, proprie, qui facilè flectitur; hinc humi prostratus, otiosus et securus.

Formosus, qui bonam formam habet, pulcher.

Resonare, voce respondere.

Otium, pax, securitas.

Ovile, proprie, locus in quem grex ovium congregatur: deinceps, grex ipsa.

Imbuere, perfundere, madefacere, adspergere.

Imbuere aram, scil. sanguine, sacrificari: nam cum hostia sacrificatur, adspergitur ara sanguine.

Errare, pasci; armenta enim, dum pascuntur, longe lateque divagantur et errant.

Ludere, animi causa cantare, cantu se delectare.

Calamus, fistula e calamo.

Magis, potius.

Usque adeo, nam, quum.

Turbatur, turbae atque tumultus exoriuntur.

Protenus, prorsum ante se.

Aeger, aegre, cum multo labore multâque molestia.

Agere, proprie de pecoribus et armentis dicitur, treiben.

Ducere, fune trahere.

Densus, frequens.

Corylus, Haselstaude.

Gemelli, duo uno partu editi.

Spem gregis, scil. supplendi, reparandi, restaurandi.

Silex, species quaedam lapidis arenacei durior et cinerea, e qua radices montium in Italia constant.

Nudus, nullo gramine obductus.

Connixa, quae peperit.

Malum, calamitas, damnum, pernicies.

Laevus, stultus, tardus, perversus.

De coelo tactus: fulmine percussus.

Sinister, male ominatus, inauguratus.

Dare, edere, dicere.

Depellere, pellere, agere.

Foetus ovium, agni.

Catulus, foetus canis proprie, deinceps autem foetus cujusvis ferae, vel omnino bestiae, quae pedes habet digitatos.

Hoedus, foetus caprinus utriusque sexus, quatenus opponitur agnis, qui sunt foetus ovium.

Componere, comparare.

Lentus, ad ligandum aptus, geschmeidig.

Viburnum, Waldrebe, kleiner Mehlbaum, genus fruticis in saepibus et viis obvium.

Libertas, Dea erat Romanis quae ad supplices faciem vertebat, unde dicitur: *respexit*.

Iners, ignavus.

Postquam, ex quo tempore.

Habere, tenere, possidere, beherrschen.

Peculium, proprium, quod servus labore et industria sibi comparabat.

Victima, animalia occisoria.

Saeptum, omnis locus saepimento vallatus, cujus modi sunt stabula ovium, caprarum, boum.

Premere, conficere.

Aes, pecunia.

Vocare, invocare.

Arbustum, locus arboribus vitiferis consitus, Baumweinberg.

Praesens, propitius, favens.

Bis seni, duodecim.

Altaria fumant, sacrificatur.

Submittere, alere ad gregem supplendum, educare ad foeturam et usum.

Limosus, qui in limo vel coeno crescit.
Obducere, tegere.
Juncus, arundo tenuior, Binsen.
Gravis, gravida, trächtig.
Tentare, nocere, vexare.
Feta, quae peperit.
Malus, noxius.
Contagium, morbus, qui ex contactu contrahitur.
Frigus opacum, frigus loci opaci, nemoris umbrae.
Captare, capere, frui.
Hinc, ex una parte.
Vicino ab limite saepes, saepes, quae inter tuum et vicinum agrum terminum efficit.
Saepes salicti: saepes e salicibus structa.
Hyblaeae apes, apes, quae in agris urbis Siciliae, Hyblae, ubi magna est copia thymi, praestantissimum mel colligunt.
Florem depasta, cujus flores depascuntur.
Susurrus, murmur submissus, Gesumse.
Suadere, invitare.
Hinc, ex altera parte.
Frondator, qui vites amputat et folia decerpit, Laubscherer.

Ad auras, alta voce.

Raucus, cui vox est impedita et obtusa.

Palumbes: species fera columbarum, Holztaube.

Gemere, girren.

Aërius, celsus, altus.

Levis, celer, expeditus.

Pasci in aethere, volare in aëre more avium.

Fretum, mare.

Destituere, relinquere.

Nudus, sine aqua.

Pererrare, permeare, perlustrare.

Exsul, ad alienas terras proficiscens.

Arar, fluvius Galliae, qui in Rhodanum influit, hodie, Saone.

Tigris, fluvius, qui oritur in Armenia majore et se immittit in Sinum Persicum.

[illegible], deleri.

Vultus, imago.

Sitientes, sic dicuntur populi Africae, propter magnum aestum in hac mundi parte.

Scythia, sic nominabatur apud veteres omnis pars septemtrionalis orbis terrarum.

Creta, insula in mari mediterraneo, hodie Candia.

Oaxes, fluvius insulae Cretae.

Divisus, separatus.

Tugurium, rustica habitatio ex stramentis vel arundinibus constructa.

Congestus, compositus, constructus.

Cespes, terra cum herba evulsa, Rasen.

Culmen, tectum.

Post, posthac.

Regna, agri, possessiones.

Aliquot aristae: paucae, rarae aristae.

Arista proprie vallum, quo muniuntur frumenta; deinceps, spica.

Impius, sceleratus, nefarius.

Novale, ager, qui alternis annis seritur, Brachfeld.

Habere, possidere.

Barbarus, peregrinus.

Seges, ager aratus satus, Saatfeld.

Quis, quibus, in quorum utilitatem.

Conserere, colere.

Inserere, pfropfen.

Dumosus, spinosus, rigidus.

Cytisus, fruticis genus colore albicante, ramis fere cubitalibus jucundo foliorum odore et sapore, apibus et capris gratum.

Carpere, decerpere, depasci.

Mitis, maturus.

Castaneae molles, genus quoddam, quod corticem minus duram habet.

Pressum lac, caseus, quia serum e coagulo, sive concreta lactis parte exprimitur.

ECLOGA II.

Ardere, vehementer diligere, ardentissimo ardore prosequi.

Cacumen, vertex vel summitas cujuscunque rei, hic de arboribus, der Wipfel.

Inconditus, incompositus, nulla arte aut studio factus.

Studio inani, frustra.

Jactare, verba fundere, pronuntiare, exclamare.

Captare, vid. Ecl. I. 53.

Occultare, abscondere, tegere.

Spinetum, locus spinis consitus, Dornzaun.

Rapidus, vehemens, magnus.

Fessus, fatigatus.

Serpyllum, Quendel, Feldkümmel, wilder Thymian.

Olere, odorem spirare.

Mecum, circa me.

Lustrare, perquirere, persequi.

Arbustum, vid. Ecl. I. 40.

Satius, melius.

Fastidium, contemtus.

Credere, confidere.

Ligustrum, Rainweide.

Cadere, decidere.

Vaccinium, Hyacinthus, lilium Martagon, Türkisch Bund.

Legere, colligere.

Despectus, contemtus.

Abundare, copiam habere.

Errare, vagari, pasci.

Novus, recens, frisch.

Frigus, hiems.

Desit, deest.

Vocare, revocare, domum reducere.

Amphion, filius Jovis et Antiopes, qui lyrae cantu Thebas condidit.

Dircaeus, Thebanus, a Dirce fonte prope Thebas.

Actaeus, Atticus, Atheniensis.

Aracynthus, mons inter Boeotiam et Atticam.

Placidus, quietus, tranquillus.

Ventis, a ventis, per ventos.

Libeat, placeat.

Sordidus, vilis, pauper.

Casa, tugurium ex stramentis et cespitibus.

Figere, scilicet telo, jaculo, transfigere, trajicere, venari.

Compellere, agere.

Hibiscus, genus malvae agrestis, Ibisch.

Pan, filius Mercurii, Deus rusticorum et pastorum.

Instituere, docere.

Curare, in clientelam suscipere.

Magister, custos, pastor.

Poeniteat, molestum videatur.

Terere labellum calamo, fistulam ori admovere.

Quid non faciebat? omnia faciebat, nihil intentatum relinquebat.

Dispar, impar, inaequalis.

Compactus, conjunctus, compositus.

Cicuta, proprie Schierling, deinceps au-

tem, unusquisque caulis cavus, canna, calamus.

Secundum, scil. possessorem, dominum.

Capreoli, caprearum pulli.

Pelles sparsae albo, pelles quibus insunt maculae albae, weiſs gesprenkelt.

Siccare, exsugere.

Sordere, displicere, contemtui esse.

Calathus, vasculum vimineum, Korb.

Candidus, pulcher.

Pallens, flavus.

Summus, in altum excrescens.

Anethum, Dill.

Casia, apud Graecos Enceoron ſive Thymelaeon, quae grana cnidia fert Zelland.

Intexere, innectere, involvere.

Mollis, tener.

Luteolus, flavus.

Pingere, distinguere, variare, bunt machen.

Caltha, Ringelblume.

Mala cana, mala cydonia sive cotonea, Quitten.

Lanugo, lana mollis.

Cereus, flavus instar cerae.

Proximus, vicinus.

Rusticus, stultus, stupidus.

Curare, aestimare.

Quid volui mihi misero? quam male causae meae consului, dum munerum mentionem feci.

Floribus austrum immittere, flores exponere austro.

Perditus, scil: amore, amens.

Paris, filius Priami regis Troiae, e genere Dardani, auctoris Troiae, propter quod *Dardanius* dicitur.

Pallas, Minerva, Jovis filia.

Torvus, truculentus, ipso adspectu terribilis.

Sequi, persequi, appetere, avide quaerere.

Lascivus, petulans.

Trahere, secum rapere.

Voluptas, amor, libido.

Aratrum jugo suspensum, aratrum inverso vomere protractum, ita ut terram verrat.

Referre, retrahere, domum reducere.

Decedens, occiduus.

Duplicare, augere, majus reddere.

Semiputatus, dimidia ex parte amputatus.

Frondosus, plenus frondium.

Quin, cur non?

Quorum indiget usus, quae ad usum vitae rusticae sunt necessaria.

Vimen, omne virgultum flexibile, et ad ligandum aptum, praecipue, salicum, Reiser.

Mollis, flexilis.

Parare, moliri.

Detexere, flechten.

Fastidire, contemnere.

ECLOGA III.

Tradere, committere.

Fovere, amplecti, persequi.

Alienus, mercede conductus.

Subducere, auferre, detrahere.

Parcius, rarius, modestius, temperatius.

Vir, homo puris moribus.

Objicere, exprobrare.

Novimus et qui te, scil. corruperit.

Transversa tueri, invidere, scheel sehen; quibus enim invidemus illos transverse, vel oblique, (seitwärts,) aspicere solemus.

Facilis, qui facile ignoscit, et veniam largitur.

Sacellum, locus sanctus sine tecto cum simulacris Deorum, Capelle.

Malus, nocivus, perniciosus.

Falx, instrumentum, quo secantur frumenta, segetes, herbae, arbores, vites.

Novellus, tener.

Calamus, sagitta e calamo.

Perversus, pravus, improbus.

Aliqua, aliquatenus, aliqua ratione.

Fur, servus furax.

Excipere insidiis, per insidias capere.

Proripere se, se subtrahere clam, se subducere, ut fures solent.

Cogere, colligere, in unum locum congregare.

Carectum, locus plenus caricis; carex autem est, Riedgrafs.

Victus, superatus.

Si nescis, ut hoc scias, ne ignores.

Cantando tu illum? scil. vicisse te ais?

Trivium, locus quo tres viae ducunt, ubi plebs otiosa convenire solet.

Indoctus, inperitus.

Stridens, schnarrend.

Stipula, fistula e stipulis vel culmis.

Disperdere carmen miserum, miserabiliter canere.

Vicissim, per vices, im Wettgesange.

Experiri, tentare, periculum facere.

Vitula, juvenca, vacca tenera.

Recusare, rejicere.

Mulctra, vas, in quo lac mulsum excipitur.

Bini foetus, gemelli.

Deponere, in sponsione collocare, verwetten.

Pignus, sponsio, Wette.

Injustus, severus.

Caelatus, exsculptus.

Lentus, flexilis, rankend.

Tornus, proprie instrumentum fabrile, quo tornatur; deinceps autem scalprum, Grabstichel.

Facilis, qui docta ac perita manu tractatur.

Superadditus, in ora positus, exsculptus.

Diffusus, sparsus.

Vestire, cooperire, amplecti.

Pallens edera, genus ederae fructibus et foliis subalbidis.

Corymbus, racemus ederae, in orbem circumactus, et acinis et baccis gravis.

Signum, imago, simulacrum.

Describere, delineare, dimetiri.

Radius, virga geometrarum, qua in pulvere formas delineabant, Stäbchen.

Gentibus, in usum gentium.

Orbis, coelum.

Conditus, reconditus, absconditus, clausus.

Ansa, Henkel.

Amplecti, circumdare.

Acanthus, Bärenklau.

Orpheus, filius Oeagri et Calliopes, cantu et lyra celeberrimus.

Veniam quocunque vocaris, omni conditione proposita tecum certabo.

Lacessere, in certamen provocare.

Sensibus imis reponere, diligenter expendere, considerare.

Parturire, parturire velle, fertilitatis specimina dare.

Frondere, frondes emittere.

Annus, anni tempus.

Alternis, scil. versibus, einen Wechselgesang singen.

Camoe-

Camoenae, Musae, filiae Jovis et Mnemosynes.

Colere, amare, curare, frequentare, versari.

Phoebus, Apollo; filius Jovis et Latonae.

Petere, jacere.

Offerre se ultro, obviam venire.

Ignis, ille, cujus amore flagramus, summo ardore amatus.

Partus, paratus.

Venus, amica.

Aërius, per aërem vagans.

Congerere, scil: nidum, nidificare.

Lectus, collectus, decerptus.

Aurea mala, poma Punica seu granata.

Partem aliquam, scil: eorum, quae locuta est.

Venti, o venti.

Referre, perferre.

Sectari, persequi.

Natalis, dies, quo quis natus est.

Facere cum vitula, vitulam sacrificare.

Triste, scil; quidquam, tristis, perniciosa res.

Stabulum, locus ubi pecora stant, Hürden.

Imber, agmen aquarum, largius effusum.

Satum, seges.

Humor, pluvia.

Depulsus, a lacte prohibitus.

Arbutus, Erdbeerbaum, Hagapfelbaum.

Pollio, patronus Virgilii et Horatii, ipse poeta, orator et historicus, gratia apud Augustum, amicitia Antonii notissimus.

Pierides, Musae, a Piero, monte Thessaliae, qui in Macedoniam protenditur, sic dictae, ubi natae sunt.

Novus, praeclarus.

Pascere, nutrire.

Petere, ferire.

Quo te quoque gaudet, scil: pervenisse.

Rubus, Brombeerstaude.

Amomum, genus fruticis odorati Indici.

Jungat, scil: aratro.

Jungere vulpes et mulgere hircos, proverbialiter dicitur de re palam absurda et inani.

Fragum, Erdbeere.

Parcere, carere, nolle.

Rejicere, abigere.

Cogere, compellere, ad umbram et frigus captandum.

Praecipere, praeoccupare, ante capere, auferre antea.

Pressare ubera palmis, mulgere.

Ervum, genus leguminis, simile illi quod nos appellamus, Wicke.

Fascinare, versehen.

Flores inscripti nomina, flores, quibus inscripta sunt nomina.

Componere, dirimere, finire.

Lis, controversia, certamen.

Rivus, canalis, ad irriganda prata.

Bibere, irrigari, aqua perfundi.

ECLOGA IV.

Sicelides Musae, Sicilienses Musae, quae primum in Sicilia carmina pastoritia docuerunt.

Majora, altiora, sublimiora.

Juvare, delectare.

Myrica, genus virgulti, in ripis fluminum crescens, Tamarisken.

Cumaeum carmen, Sibyllinum vaticinium, a Cumaea, celeberrima Sibyllarum, quae sic cognominabatur, quia Cumis in Campania habitabat.

Ab integro, de novo.
Nasci, oriri.
Virgo, Justitia, Astrea.
Saturnia regna, aurea aetas, quae sub Saturno fuisse dicitur.
Nova progenies, melius hominum genus.
Ferreus, durus, ferus, inhumanus.
Surgere, initium habere, procedere.
Aureus, praestans.
Lucina, Diana, quae parientibus et in lucem venientibus praeest.
Decus hoc aevi, praeclara haec aetas.
Inire, scil: cursum, incipere, inchoare.
Magnus, illustris, insignis, memorabilis.
Te duce, tuis auspiciis.
Irritus, abolitus, ad nihilum deductus.
Scelus, flagitium.
Solvere, liberare.
Formido, metus permanens.
Heroes, viri, qui excellenti et plus quam humana virtute praediti, Deorum filii habebantur, et ut Dii colebantur.
Ipse videbitur illis, scil: permixtus.
Nullo cultu, sine omni cultu, sua sponte.
Munusculum, donum parvum.

Errans, passim vagans, sich schlängelnd.

Baccar, planta coronaria, cujus radix odorem habet cinnamomo proximum, et quae fascinum depellere credebatur, wilde Narde.

Ridens, florens, pulcher, suavis.

Colocasium, planta palustris Aegyptia, latissimis foliis, caule spectabili, fabas pro fructu habens, quae edebantur non minus ac radix et caulis.

Fundere, abundanter proferre.

Ipsae, sponte, nullo ducente.

Distentus, repletus, turgens.

Blandus, jucundus.

Cunabula, lectuli in quibus jacent infantes.

Occidere, interire, perire.

Herba veneni, herba venenata.

Vulgo, passim, omnibus locis.

Amomum, Ecl. III. 89.

Mollis, laevis, nullis aculis munitus.

Flavescere, maturescere, dum enim frumentum flavescit, maturum est.

Incultus, qui sine ullo cultu crescit.

Rubens, maturescens.

Sentis, spina, dumetum.

Sudare, stillare.

Roscidus, roris more guttatim se per folia colligens.

Subesse, remanere.

Fraus, scelus.

Tentare ratibus, navigare.

Thetis, filia Nerei et Doridis, conjux Pelei, mater Achillis, h. l. mare.

Cingere, circumdare.

Infindere sulcos telluri, arare.

Tiphys, gubernator navis Argus.

Argo, prima longa navis Graecorum, qua Jason cum delectis heroibus in Colchos navigabat, ad aureum vellus avehendum.

Troja, urbs Asiae minoris.

Achilles, filius Pelei et Thetidos, fortissimus dux Graecorum in bello Trojano.

Firmatus, confirmatus, validus, robustus.

Cedere mari, relinquere mare, non amplius navigare.

Vector, navita.

Nautica pinus, navis.

Mutare, commutare.

Rastri, instrumentum rusticum ad confringendas glebas, Karst.

Mentiri colorem, alieno colore tingi.
Murex, genus conchyliorum, ex quo purpura praeparatur.
Croceus, flavus.
Mutare, tingere, inficere.
Lutum, herbae genus, cujus folia siccata dant colorem flavum, Waude.
Sandyx, Zinnober.
Vestire, tingere.
Currere, volvere, rotare, volvendo efficere, cursu adducere.
Fusus, instrumentum, quod fila fundit, hoc est: deducit, Spindel.
Concors, consentiens.
Stabilis, immutabilis.
Numen, vis, potestas, voluntas.
Parcae, tres erant sorores: Clotho, Lachesis, Atropos, quae filum vitae humanae nebant et quando hora mortis veniebat, abrumpebant.
Adgredi, suscipere.
Suboles, proles, infans.
Incrementum, alumnus et nutricius.
Convexus, concavus, gewölbt.
Nutare, concuti, contremiscere.

Pondus, moles.
Tractus, regio.
Profundus, altus.
Spiritus, vis ingenii, et vigor poëticus.
Dicere, laudare, celebrare.
Linus, filius Apollinis et Terpsichores, vates Thebanus.
Adesse, opem ferre, favere.
Longa fastidia ferre, multum molestiae facere.
Dignari, dignum judicare.
Cubile, lectus.

ECLOGA V.

Bonus, peritus, doctus.
Calamus, fistula.
Dicere, canere.
Major, scil. natu, senior.
Incertus, instabilis, mobilis.
Motare, movere, agitare.
Succedere, subire, ingredi.
Rarus, passim pendens.

Spargere, obducere.
Labrusca, vitis agrestis.
Racemus, uva.
Ignis, amor.
Jurgium, contentio, certamen.
Servare, custodire.
Describere, inscribere, incidere.
Modulari, canere.
Alterna, alternatim.
Puniceus, colorem rubicundum habens.
Saliunca, genus virgulti, celtische Narde.
Rosetum, locus ubi multae rosae crescunt.
Crudele funus, acerba mors.
Exstinctus, absumtus.
Gnatus, filius.
Libare, leviter degustare, vix labris attingere.
Quadrupes, omne pecus cicur.
Graminis herba, gramen tenerum.
Poenus, Carthaginiensis, Africanus.
Thiasus, chorus in honorem Bacchi saltans.
Inducere, ducere.
Intexere, involvere, induere.
Ferre, auferre.
Pales, Dea pastorum.

Mandare sulcis, seminare.
Infelix, infecundus, inutilis.
Lolium, genus graminis inter hordea et arenas crescens, Lolch, Trespe.
Sterilis arena, frumentum vitiosum vanea culmos habens, Flughaber.
Surgere, crescere.
Paliurus, genus fruticis spinei, Christdorn.
Inducere umbras fontibus, arbores circa fontes ponere, quae dent umbram.
Mandare, jubere, postulare.
Tumulus, Grabhügel.
Carmen, inscriptio, epitaphium.
Usque ad sidera, in toto terrarum orbe.
Sopor, somnus.
Fessus, labore fatigatus.
Restinguere, sedare.
Aequiparare, par esse.
Vox, cantus.
Alter, secundus, proximus.
Quocunque modo, qualitercunque poterimus.
Nostra, scil: carmina.
Vicissim dicere carmina, einen Gegengesang singen.
Tollere ad astra, ad coelum extollere, celebrare laudibus.

Majus, jucundius.
Candidus, splendens, micans.
Olympus, proprie mons Thessaliae, sedes Deorum; deinceps, coelum.
Voluptas, laetitia.
Tenere, habere, amplecti.
Dryades, Nymphae silvarum.
Meditari, struere, parare.
Otia, tranquillitas.
Voces jactare, exclamare, clamorem extollere.
Intonsus, silvosus, incaeduus.
Felix, propitius.
Crater, poculum amplum.
Statuere, ponere, collocare.
Olivum, oleum.
Hilarare, hilarem et laetum reddere.
Bacchus, vinum.
Messis, aestas.
Calathus, poculi genus, eine Trinkschale.
Ariusia vina, vina ex promontorio et tractu Ariusio in insula Chio, hodie Scio.
Nectar, proprie, potio Deorum; deinde autem vinum dulcissimum.
Satyri, genus Semideorum, qui semper in comitatu Bacchi erant.

Saltantes Satyros imitari, saltare more Satyrorum.

Sollemnis, anniversarius.

Vota reddere, sacra peragere.

Lustrare, circumire.

Jugum, cacumen.

Pasci, nutriri.

Ceres, Dea frumenti.

Damnare votis, preces audire, et ad vota, quae precantes suscipiunt, solvenda obligare.

Veniens, oriens, flare incipiens.

Sibilus, Säuseln.

Juvare, delectare.

Cicuta, fistula e calamis cicutae.

Pedum, baculus incurvus, quo utuntur pastores ad comprehendendas oves aut capras a pedibus.

ECLOGA VI.

Syracosius versus, carmen ad modum Syracusani Theocriti, carmen bucolicum.

Ludere, canere.

Thalia, una ex Musis.

Cynthius, Apollo a Cyntho, monte in insula Delo sic dictus.

Aurem vellere, mos admonendi, am Ohre zupfen.

Deductus, tenuis, exilis.

Condere, componere, carminibus celebrare.

Agrestis Musa, carmen rusticum, pastorale.

Pagina, liber, carmen.

Pierides, vid. Ecl. III. 85.

Chromis et Mnasylos, nomina Satyrorum.

Silenus, celeberrimus Satyrorum, educator Bacchi.

Jachus, Bacchus, vinum.

Tantum, modo, kurz vorher, so eben.

Gravis, capax, magnus.

Adtritus, absumtus, scilicet frequenti usu.

Cantharus, magnum vas potatorium praecipue Baccho sacrum.

Adgredi, adire.

Ludere, decipere, fallere.

Naiades, Nymphae fontium et fluminum.

Videns, expergefactus, vigilans.

Sanguineus, ruber.

Fauni, Dii silvarum.

Ludere in numerum, saltare ad rhythmum; nach dem Tacte.

Rigidus, durus, inflexibilis.

Parnasia rupes, mons Parnassus in Phocide.

Rhodope et Ismarus, montes Thraciae.

Inane, vacuum spatium.

Coactus, collectus.

Semina, elementa, Urstoffe.

Anima, aër.

Liquidus, purus.

Exordium, initium.

Prima, principia, elementa, Urstoffe.

Tener, recens factus.

Concrescere, colligi, formari.

Durare, indurescere, solidari.

Solum, terra solida.

Discludere, separare, semovere, separatim claudere.

Nereus, Deus marinus, h. l. mare.

Pontus, profunditas maris.

Novus, recens ortus ac formatus.

Lucescere, splendere, lucem diffundere.

Altius submotus, in altum sublatus.

Surgere, enasci.

Rara, pauca, singula.

Pyrrha, Epimethei et Pandorae filia, uxor Deucalionis, quae, cum omnes homines diluvio periissent, et illa sola cum marito superstes esset, ex oraculo Jovis lapides post tergum jaciebat e quibus feminae oriebantur, sicut ex illis, qui a Deucalione jaciebantur, mares.

Saturnia regna, imperium Saturni, sub quo aurea fuit aetas.

Caucasiae volucres, aquilae in monte Caucaso, quae jecur Promethei ad illum religati exedebant: Caucasus autem fuit mons inter Pontum Euxinum et mare Caspicum.

Prometheus, Japeti filius, qui ignem e coelo abstulit, ideoque ad montem Caucasum alligatus est.

Hylas, unus ex Argonautis, qui a Nymphis raptus est.

Nautae, Argonautae, comites Hylae.

Sonare, resonare.

Niveus, candidus, albus.

Pasiphaë, Solis filia, uxor Minois, regis Cretensium.

Virgo, femina, mulier.

Proetides, filiae Proti, regis Argivorum, Lysippe, Ifinoe et Ifianassa, quae insania correptae, in vaccas se esse mutatas, putabant.

Errare, vagari.

Fultus, jacens, recubans.

Ilex, quercus semper virens, foliis aculeatis, glande minore, Steineiche, Stecheiche.

Niger, nigricantem virorem habens.

Pallens, viridis.

Ruminare, cibos in os revocare, wiederkäuen.

Aliquam, scil. vaccam.

Dictaeae, Cretenses, a monte Cretae, Dicte.

Saltus, loca patentia in medio silvarum, quae dant spatium pecori ad pascendum.

Errabunda vestigia bovis, gressus bovis errantis seu vagantis.

Gortynia stabula, a Gortyna Cretae urbe sic dicta.

Hesperides, filiae Atlantis, Hespere, Erytheis et Aegle, custodiebant mala aurea in horto Junonis.

Puella, Atalanta, filia Schoenei, regis insulae Scyri in mari Aegaeo, quae, cursu contendens cum Hippomene, quum sibi projecta aurea mala miraretur atque colligeret, victa est ab illo.

Phaëtontiades, Phaëthontis sorores.

Muscus, lanugo in arborum corticibus, Moos.

Procerus, in longitudinem productus, schlank.

Alnus, Erle.

Permessus, flumen Boeotiae, ex monte Helicone descendens.

Aones montes, Aonii montes, sic dicti ab Aonibus, primis Boeotiae incolis, Helicon intelligitur.

Sorores, Musae.

Phoebi chorus, Musae.

Adsurgere, honorifice excipere.

Divinus, vaticinans, divinans, begeistert.

Apium, Eppich.

Ascraeus senex, Hesiodus, a vico Boeotiae, Ascra sic dictus.

Ornus, Bergesche.

Gryneum nemus, nemus amoenissimum, haud procul ab oppido Aeolidis in Asia mi-

nore, Grynio, seu Grynia, ubi fanum et oraculum Apollinis.

Dicere, canere, laudare, celebrare.

Lucus, silva alicui Deo consecrata, Hain.

Jactare se, gloriari.

Quid loquar, ut, scil: narraverit.

Scyllam Nisi, scil: filiam.

Quam fama secuta est, quam ferunt.

Succinctus, circumdatus.

Inguen, pubes, alvus, inferior pars corporis.

Dulichiae naves, naves Ulyssis, a Dulichio insula in mari Jonio, quam Ulysses possidebat, sic dictae.

Vexare, rapere, evertere.

Gurges, Strudel.

Lacerare, discindere, discerpere.

Tereus, rex Thraciae, in upupam mutatus.

Artus, membra.

Philomela, filia Pandionis, regis Atticae, conjux Terei, mactavit filium Ityn, et patri apposuit epulandum, quia hic sororem Procnen violaverat, quo facto in lusciniam mutata est

Daps, festlicher Schmaus.

Cursus, volatus.
Petere, quaerere.
Eurotas, fluvius urbem Spartam praeterfluens.
Pulsae, scil: vocibus, sonis, ut resonarent.
Referunt, scil: cantum.
Numerum referre, recensere, numerare.
Invitus, aegre ferens.
Procedere, apparere.
Vesper, Hesperus, Veneris stella.
Olympus, coelum.

ECLOGA VII.

Argutus, levi cum susurro ac murmure agitatus, säuselnd.
Compellere in unum, congregare in unum locum.
Respondere, carmen amoebaeum canere.
Defendere, tueri, vindicare.
Cessare, vacare, otium habere.
Potum, ad bibendum.
Praetegere, operire, vestire.

Mincius, fluvius iuxta Mantuam.

Examen, apum nova soboles, quam ad novas quaerendas sedes exire cogunt, Bienenschwarm.

Resonare, susurrare.

Depulsus a lacte, ablactatus.

Claudere, intra septa concludere.

Posthabere, postponere, minoris facere.

Seria, res seriae, negotia seria.

Alterni versus, Wechsellieder.

Referre, scil: in responsione.

Nymphae Libethrides, Musae, a Libethro, fonte cum antro in monte Helicone sic dictae.

Noster amor, quas amamus.

Proxima, scil: carmina, quae sunt proxima dignitate et praestantia.

Si non possumus omnes, si non omnibus licet ejus modi versus facere, illum carmine aequare.

Argutus, sonorus, hellklingend.

Crescens, oriens, surgens.

Ultra placitum, plus quam ipsi placet, h. e. videtur, praeter veritatem, nimie, immodice.

Beccar, vid. Ecl. IV. 19.

Vates, poëta.

Malus, fascinatorius.

Delia, Diana, Dea venationis, ab insula Delo, ubi nata erat, sic dicta.

Ramosus, ästig.

Micon, supplendum est: dicat.

Vivax, qui diu vivit.

Proprium, perpetuum.

Laevis, politus.

Puniceus, purpureus.

Stare, in statuam erigi.

Sura, posterior carnosior pars cruris, Wade.

Evinctus, constrictus, circumdatus.

Cothurnus, calceamentum venatorium.

Sinus, vas ventricosum.

Liba, placenta, ex farre, lacte et oleo, melle illita, Opferflade.

Priapus, Deus ruris, filius Bacchi et Veneris.

Pro tempore, ut tempus et res ferebat, pro conditione temporum.

Fetura, proventus, Anwachs.

Nerine, Nerei filia.

Galatea, Nympha marina a Cyclope Polyphemo adamata.

Pastus, saturatus.

Repetere praesepia, ad stabulum redire.

Sardoa herba, genus ranunculi, Hahnenfuſs, cujus magna copia est in Sardinia.

Horridus, asper, hispidus, spinosus.

Ruscus, genus virgulti, foliis acutis et pungentibus, Mausdorn.

Alga, herba marina, quae tempestate in littus ejici solet.

Lux, dies.

Muscosus, lanugine viridi obtectus, bemoost.

Rarus, dürftig.

Solstitium, calor solis in solstitio constituti.

Defendere, prohibere.

Torridus, calidus.

Laetus, fertilis, secundus.

Turgere, tumere.

Palmes, surculus vitis.

Gemma, oculus vitis, das Auge.

Focus, locus ignem continens.

Taeda, lignum e picea seu pinu.

Fuligo, Ruſs.

Numerus, numeratum pecus.
Torrens, cum impetu defluens.
Juniperus, Wacholderbaum.
Castaneae hirsutae, castaneae exteriorem corticem habentes, quae obsita est setis
Passim, undique.
Ridere, laetum esse.
Arere, aridum et siccum esse.
Vitium aëris, aestus et nimius calor, aërem corrumpens.
Liber, Bacchus.
Pampineae umbrae, umbrae quas dant pampini, i. e., folia virentia vitis.
Juppiter, aër.
Laetus, laetum reddens, laetificans, gratus, jucundus.
Descendere imbri, in imbrem solvi.
Plurimus, abundantissimus.
Populus, Pappel.
Alcides, Hercules, nepos Alcaei.
Fraxinus, Esche.
Pinus in hortis, pinus sativa seu domestica, et hortensis, zahme Fichte, Pinie, Zirbelbaum.

Abies, Weiſstanne, Edeltanne.
Contendere, certare.

ECLOGA VIII.

Immemor, obliviscens.
Mutata suos cursus, mutato suo cursu.
Requiescere, consistere.
Superare, pervenire ultra aliquem locum, praeternavigare.
Timavus, fluvius in ora Adriae non longe ab Aquileia.
Legere oram, an der Küste hinschiffen.
Cothurnus, proprie, calceamentum Tragicum, deinde tragicum dicendi genus, Tragoedia.
Sinere, permittere.
Serpere, humiliter procedere.
Teres, oblongus et rotundus.
Oliva, baculus oleaginus.
Nasci, oriri.
Agere, adducere.
Lucifer, stella Veneris.

Almus, nutriens, benignus.

Conjux, amica.

Indignus, impar, falsus, perfidus.

Proficere, acquirere.

Maenalius, Arcadicus, a Maenalo monte Arcadiae sic dictus.

Tibia, Flöte, Schalmei.

Argutus, vid. Ecl. VII. 1.

Loquens, stridulus, vento sonorus.

Iners, otiosus.

Sperare, credere, exspectare.

Jungi, scil: jugo.

Gryphes, monstra fabulosa in Hyperboreis montibus, corpore leonibus, alis et capite autem aquilis similia, equis vehementer infesta.

Aevo sequenti, in posterum.

Ad pocula, ad potum.

Dama, Gemse.

Incidere novas faces, incisis lignis taedas parare, quod fieri solebat, dum novae nuptae domum ducebantur.

Spargere nuces, mos erat in nuptiis Romanorum, quando nupta jam in donum et thalamum erat deducta.

Tibi, tui causa, in tuam gratiam.

Hesperus deserit Oetam, Hesperus ab Oeta, monte Thessaliae in conspectum venit.

Hirsutus, struppicht.

Promissus, productus, longus.

Saepes, hortus, saepibus circumdatus.

Roscidus, matutino rore perfusus.

Alter ab undecimo, duodecimus.

Annus ceperat me, annum attigeram, ingressus eram.

Perire, amore exardere.

Error, insania, insanus amor.

Cotes, saxa abrupta, cautes.

Tmarus, mons Epiri.

Rhodope, mons Thraciae.

Extremus, in extrema parte habitans

Garamantes, populi, partes Africae supra Gaetuliam incolentes.

Edere, gignere, procreare.

Improbus, crudelis, saevus.

Aurea mala, vid. Ecl. III. 71.

Alnus, vid. Ecl. VI. 63.

Electrum, Bernstein, quod secundum fabulam ex alnis exsudabat.

Myrica, vid. Ecl. IV. 2.

Cycnus, Schwan.

Ulula, Käuzlein.

Delphin, bellua marina.

Arion, ex urbe Methymna in insula Lesbo, celeberrimus citharedus, inventor Dithyramborum.

Omnia vel medium fiant mare, omnia mari inundentur.

Vivere, valere.

Praeceps deferri, se praecipitare.

Aërius, altus.

Specula, cacumen.

Mollis, sic dicitur vitta, quia lanea.

Vitta, proprie ligamentum capitis, sed et altaria ea cingebantur, Binde.

Cingere, circumdare.

Verbena, modo omnes herbae et frondes e sacro loco petitae, quae in sacrificiis cremabantur, modo genus aliquod, Eisenkraut.

Adolere, incendere.

Masculum thus, praestans, körnigter Weihrauch.

Conjux, amator.

Avertere sanos sensus, in amoris insaniam vertere, insanum amore reddere.

Experiri, conari, incipere.

Sacra, ritus, caeremoniae.

Carmina, formulae magicae.

Circe, filia Solis, celeberrima maga in insula Acaea.

Cantando, incantando, fascinando.

Rumpi, disrumpi.

Licia, extrema fila staminis, Trumm.

Effigies, figura, ad vivam alterius similitudinem facta.

Nectere tribus nodis ternos colores, tria fila, diversi coloris, unumquodque suo nodo, nectere.

Limus, imago e limo.

Cera, imago e cera.

Sic nostro Daphnis amore, scil: liquescat, et molliatur in amorem mei, et obdurescat contra amorem aliarum.

Mola, far tostum, molitum et sale commixtum, Opfermehl.

Fragilis, gracilis, tenuis.

Bitumen, Erdharz, Erdpech.

In Daphnide, in Daphnidem, quod in Daph-

nidem vertat, ut is eodem modo flamma amoris consumatur.

Bucula, vacca iuvenis.

Propter, juxta.

Ulva, herba palustris, Schiff.

Perdita, scil: amore, demens.

Decedere, domum ire.

Exuviae, omnia quae exuuntur, in specie, vestes.

Mandare, tradere, committere.

Debent Daphnim, scil: mihi, Daphnim ab illis requiro, sie sind ihn mir schuldig.

Pontus, provincia Asiae minoris.

Lectus, collectus.

Excire, evocare.

Traducere, transponere, transferre.

Tremulus, wirbelnd.

Sponte sua, per se, nullo inflammante.

Ferre, auferre, extollere.

Morari, percunctari.

Nescio quid, aliquid.

Parcere, desinere, desistere.

ECLOGA IX.

Quo te pedes, scilicet, ducunt.

Vivi pervenimus, scil: eo, vivendo pervenimus eo.

Advena, qui aliunde advenit, peregrinus, externus.

Agellus, parvus ager.

Migrare, conferre se alio ad habitandum, decedere.

Colonus, dominus, possessor.

Victus, oppressus, afflictus.

Fors, fortuna, fatum.

Versare, pervertere, subvertere.

Quod nec bene vertat, quae res in perniciem ejus vertatur.

Mittere, apportare.

Se subducere, ex alto in planum deduci, decrescere, sich in die Ebene verlieren.

Demittere jugum molli clivo, dorsum habere molliter declive, quod lenem descensum praebet.

Tela Martia, arma, bellum.

Chaoniae columbae, columbae Dodonae, quae

urbs erat in Epiro, ubi antiquissimis temporibus Chaonii habitabant; Dodonae autem oracula per columbas edebantur.

Venire, irruere.

Quacunque, scil: via, ratione.

Incidere, praecidere, abbrechen.

Lis, controversia, jurgium.

Sinistra cornix, cornix a sinistra parte sedens.

Cadere, in mentem venire.

Solatia, carmina solantia.

Raptus, ereptus.

Sublegere, furto abripere, intercipere, abhorchen.

Tacitus, occultus.

Deliciae, amica.

Se ferre, se conferre.

Occursare, obviam venire.

Necdum, nondum.

Superare, superesse.

Cyrneae taxi, ab insula Cyrno vel Corsica sic dictae, ubi taxus abundanter crescit.

Distendere ubera, ubera plena lactis habere.

Si quid habes, scil: quod canas.

Vates, poëta, Seher.

Argutus, canorus.

Strepere, schnattern.

Volutare secum, secum meditari, mente agitare.

Valere, posse.

Meminisse, in memoriam revocare.

Ignobilis, indignus, qui noscatur.

Ludus, voluptas.

Purpureus, pulcher.

Fundere, abundanter proferre.

Imminere, impendere.

Umbraculum, locus frondibus tectus ad umbram.

Insanus, ingens.

Purus, serenus.

Numerus, metrum, rhythmus.

Signa, sidera, astra.

Dionaeus, sic nominatur Caesar, quia ab Julo filio Aeneae, adeoque a Venere genus ducebat, cujus mater erat Dione.

Procedere, oriri.

Quo, sub quo.

Gaudere frugibus, maturescere.

Ducere, accipere.

Apricus,

Apricus, soli expositus.
Inserere, plantare.
Ferre, auferre.
Animus, animi vires, Geist, Besinnung.
Condere, consumere, finire, exigere.
Soles, dies aestivi.
Fugere, deserere.
Lupus vidit prior, proverbialiter dictum; credebatur enim, illum vocem amittere, quem lupus primus viderit.
Referre, narrare.
Caussari, causas et excusationes afferre.
In longum ducere, moram afferre, protrahere; differre.
Amor, desiderium.
Tibi, in tuam gratiam.
Stratus, sedatus, tranquillus.
Silere, quiescere.
Aequor, lacus, in quem, non longe a Mantua, Mincius diffunditur.
Ventosum murmur, der rauschende Wind.
Cadere, componi, silescere.
Stringere, decerpere, amputare.
Nox pluviam colligit, cum vespera nubes in pluviam colliguntur.

Usque, immerfort.
Laedere, molestum esse.
Fascis, onus, scil: haedorum.
Desine plura, scil: dicere.

ECLOGA X.

Arethusa, Nympha Siciliae.
Concedere, permittere.
Negare, denegare, recusare.
Fluctus Sicani, mare Siculum, Jonium.
Doris, filia Oceani conjux Nerei h. l. mare.
Amara, dicitur Doris, quia aqua marina est salsa.
Sollicitus, qui animum sollicitum reddit, cruciat.
Attondere, decerpere.
Simus, qui depressas nares habet, stumpfnasig.
Respondere, resonare, per eccho.
Najades, Nymphae fontium et amnium.
Indignus amor, quo dignus non erat.
Parnasus, vid. Ecl. VI. 29.

Juga, cacumina.

Pindus, mons Thessaliae, in finibus Macedoniae et Epiri.

Aonia Aganippe, Aganippe fons in monte Helicone in Boetia, quae olim Aonia dicta est.

Pinifer, qui pinus producit.

Solus, desertus.

Maenalus, vid. Ecl. VIII. 22.

Lycaeus, mons Arcadiae.

Poenitet me, displicet mihi.

Adonis, filius Cynarae, regis Cypriorum, dilectus a Venere.

Upilio, ovium custos.

Bubulcus, qui boves pascit.

Tardus, lentus.

Uvidus, humidus, madidus.

De glande hiberna, e silva, in qua glandes per hiemem sub quercubus jacuerant.

Tua cura, tuus amor, quam tu amas.

Silvanus, Deus silvarum.

Honor, ornamentum, sertum.

Ferula, frutex, cujus folia foliis foeniculi sunt similia; flores habet flavos, caules plenos medullae, quibus pro baculis utuntur.

Quassare, concutere.

Sanguineus, ruber, purpureus.

Ebulum, genus fruticis, baccas rubras, in similitudinem sambuci producens, Attich.

Minium, Mennig, Bergzinnober.

Saturari, expleri.

Molliter, placide, in pace.

Vinitor, vinearum cultor, Winzer.

Furor, amor.

Fuscus, subniger, bräunlich.

Aevum, Lebenszeit.

Durus, immitis, immisericors, crudelis.

Nec sit mihi credere tantum, utinam liceat mihi non credere.

Alpinae nives, nives in Alpibus, montibus altissimis inter Galliam et Italiam.

Rhenus, fluvius Galliam a Germania dirimens.

Laedere, nocere.

Secare, disrumpere, dilacerare.

Chalcidicus versus, versus Euphorionis Chalcidiensis imitatione expressus.

Conditus, compositus.

Pastor Siculus, Theocritus.

Spelaeum, spelunca.

Certum est, decrevi.
Interea, interdum.
Mixtis Nymphis, mixtus Nymphis.
Lustrare, circumire, peragrare.
Acer, animosus, iracundus.
Vetare, arcere, prohibere.
Parthenii saltus, saltus Parthenii montes Arcadiae.
Sonans, resonans, cum vento agitatur.
Parthus, sic dictus arcus, quia Parthi celeberrimi erant sagittarii.
Cydonia, sic dicta spicula a Cydonia urbe Cretae; Cretenses autem celeberrimi quoque erant sagittarii.
Cornu, arcus.
Spiculum, sagitta.
Furor, insanus amor.
Deus ille, Amor.
Mitescere, ad miserationem flecti.
Hamadryades, quae cum arboribus nascuntur et pereunt.
Concedere, abire, valere.
Labores, aerumnae, molestiae.
Frigoribus mediis, hieme media.
Hebrus, fluvius Thraciae, hodie Mavizza.

Sithoniae nives, nives Thraciae, quae olim Sithonia dicta est.

Subire, durare.

Aquosus, regnicht.

Liber, cortex interior, ligno adhaerens.

Arere, aridus et siccus fieri.

Aethiopes, populi Africae sub zona torrida.

Versare, agere, pasci.

Sidus Cancri, signum coeleste, in quod cum ingreditur sol, aestas est vehementissimus.

Fiscella, vas, per quod in expressione casei, serum defluit.

Hibiscus, vid. Ecl. II. 30.

Maxima, grata, maximi momenti.

Se subjicere, attollere se, elevari, crescere.

Gravis, nocivus.

P. VIRGILII MARONIS,

GEORGICON.

LIBER I.

Laetus, pinguis, luxurians.

Quo sidere, sub quo sidere, quo tempore; ex sideribus enim anni tempora colligebantur.

Vertere terram, arare.

Convenire, conveniens esse.

Cura, Sorgfalt.

Cultus, cura, diligentia, Wartung.

Habere, possidere, alere, servare.

Experientia, usus, et doctrina ex eo nata de habendis et curandis apibus.

Labens, procedens, currens, rollend.

Coelo, in coelo.

Ducere, regere, moderari.
Munus, beneficium.
Chaonia, sic dicta glans, quia oraculum Jovis Dodonae in Epiro, olim Chaoniae in luco quercuum erat.
Pinguis, grandis, granis tumens, fertilis.
Pocula Acheloia, aqua Acheloi, fluminis Aetoliae, cujus aquam Aetolius Cerasus primus vino miscuisse dicitur.
Uva, vinum.
Praesens, propitius.
Ferre pedem, adesse.
Fremens, schnaubend.
Fundere, gignere, procreare.
Tridens, Dreizack.
Cultor nemorum, intelligitur Aristaeus, filius Apollinis et Cyrenes.
Pinguis, herbosus.
Cea, insula in Archipelago.
Tondere, depasci, decerpere.
Dumeta, saltus.
Tegeaeus, sic dictus Pan a Tegea, oppido Arcadiae.
Favens, propitius.
Minerva, Jovis filia.

Monstrator unci aratri, qui primus docuit homines uti aratro; intelligitur Triptolemus, filius Celei a Cerere arationem edoctus.

Cupressus ab radice, truncus cupressi.

Studium, negotium.

Alere, nutrire.

Non ullo semine fruges, plantae, nulla satione, sua sponte, provenientes.

Adeo, praecipuo, omnino.

Habere, in medium recipere,

Concilium, coetus.

Invisere, inspicere, regere, moderari.

Cura, curatio, administratio.

Maxumus orbis, magnus orbis terrarum.

Tempestates, anni tempora.

Potens, gubernator, moderator.

Materna, sic dicitur myrtus, quia Veneri sacra erat, a Venere autem Caesar Augustus genus ducebat.

Venire, futurus esse.

Numen, potestas.

Colere, venerari.

Servire, imperio subjectum esse.

Thule, terra Romanis incognita, sine du-

bio ad nostras insulas Shetlandicas a septentrione Britaniae objectas, referenda est.

Ultimus, extremus, remotissimus.

Tethys, filia Coeli et Vestae, conjux Oceani, mater Nympharum.

Addere, adjungere.

Erigone, vulgo, Virgo dicta, signum coeleste.

Chelae, bracchia Scorpii.

Sequentes, sic dicuntur chelae Scorpii, quia Virgini a tergo est.

Pandi, aperiri, explicari.

Plus justa parte, plus, quam justum ac necesse erat.

Tartara, loci inferni, die Unterwelt.

Dirus, tristis, infestus.

Elysii campi; loci amoenissimi, sedes beatorum.

Mirari, celebrare, multis verbis ornare.

Repetitus, revocatus.

Curare, velle, cupere.

Proserpina, filia Cereris, a Plutone rapta.

Facilis, felix, prosper.

Annuere, nutu assentiri, approbare, Beifall zuwinken.

Ignarus, inscius, unkundig.

Agrestis, rusticus.

Ingredi, praesto esse, adesse.

Votis vocare, invocare.

Vere novo, primo vere, initio veris.

Gelidus humor, nix.

Liquere, liquidus fieri, liquescere.

Putris, emollitus tepore.

Gleba, Erdscholle.

Depressus, altius impressus.

Ingemere, keuchen.

Sulco adtritus, frequenti aratione tritus.

Seges, terra, ager.

Respondere, satisfacere.

Bis solem, bis frigora sentire, de agro dicitur, qui quater aratur, bis tempore hiberno, bis tempore aestivo.

Rumpere, implere magna copia et opulentia.

Ignotus, cujus naturam ignoramus.

Ferrum, vomer.

Scindere, aufbrechen, de prima aratione dicitur.

Fremitu marino adsurgens, fremitu instar maris adsurgens i. e. tumescens.

Benacus, lacus in agro Veronensi, hodie Lago di Garda.

Lucrinus, lacus Campaniae.

Claustrum, moles, agger: intelligitur illud opus Augusti, qui lacum Lucrinum interjecto aggere a mari seclusit, relicto aditu navibus, simulque cum lacu Averno conjunxit, et ita effecit portum novum atque tutum, quem Julium appellavit.

Indignatus, furibundus.

Stridor, murmur, sonitus.

Julia unda, unda in portu Julio.

Refusus, infusus, immissus.

Tyrrhenus aestus, mare Tyrrhenum aestuans.

Freta Averna, lacus Avernus, qui pro intimo portus recessu erat, et ad quem e Lucrino fossa deducta erat.

Aes, Erz, Kupfer.

Venae, Gänge oder Striche des Metalls unter der Erde.

Auro plurima fluxit, auro multum abundat.

Acer, fortis, strenuus.

Marsi, populi bellicosi Italiae, circa lacum Fucinum, (hodie Lago Fucino) habitantes.

Pubes Sabella, iuventus Samnitum, qui supra Campaniam habitabant, originem trahentes ab Ausoniis Sabinis.

Malum, aerumna, labores, dura vita.

Ligures, populi in ea parte Italiae habitantes, ubi nunc est Genua.

Volsci, populi in Latio habitantes.

Verutus, veru armatus; veru autem genus fuit hastae brevis.

Efferre, creare, proferre, gignere.

Scipiadae, Scipiones, major et minor.

Durus bello, induratus ad bellum, fortis.

Imbellis, muthlos, zagend.

Romanae arces, Roma, in septem montibus exstructa.

Saturnia tellus, tellus a Saturno regnata.

Tibi, in tuum honorem, tui gratia.

Res antiquae laudis et artis, res quae apud majores in honore habitae et diligentia tractatae sunt, i. e. res rusticae.

Ingredi, adgredi, beginnen.

Recludere, aperire.

Ascraeum carmen, carmen georgicum, ab Hesiodo, ex Ascra, Boeotiae vico, oriundo sic dictum, qui opus de opere rustico condidit.

Nunc locus arvorum ingeniis, nunc locus opportunus describendis naturis ingenitis agrorum.

Robora, vis ac virtus.

Natura, naturalis vis.

Ferre, procreare.

Difficilis, parcus, parum ferax.

Malignus, infoecundus, sterilis.

Tenuis, levis, exilis, jejunus, sine humore.

Dumosus, spinosus, plenus vepribus.

Calculus, lapillus, Kies, Grand.

Palladia, sic dicta oliva, quia a Pallade erat inventa eique sacra.

Vivax, diu virens, durans.

Indicio esse, indicare.

Tractus, regio, locus.

Oleaster, oliva silvestris.

Plurimus, frequens, abundans.

Uligo, humor.

Uber, ubertas soli, foecunditas naturalis.
Frequens herbis, multas herbas producens.
Convallis, planities, montibus inclusa.
Dispicere, prospicere, videre.
Liqui, defluere.
Felix, ad fertilitatem faciens, foecundans.
Trahere, secum ducere.
Limus, Schlamm.
Editus Austro, versus Austrum, adeoque ei expositus.
Filix, herba, cujus radices late serpunt, et invicem sunt complexae.
Invisus, molestus.
Pascere, procreare.
Praevalidus, prae ceteris validus.
Vitis multo Baccho fluens, vitis, cujus uvae multum dant vinum.
Sufficere, subministrare, porrigere.
Fertilis uvae, uvas ferens.
Latex, liquor, h. l. vinum.
Patera, Schale.
Libare, sacrificare, zum Trankopfer bringen.
Aurum, aurea patera.
Ebur, tibia ex ebore.
Ad, juxta.

Tyrrheni, Hetrusci, Tusci, populi Italiae in Hetruria habitantes.

Lanx, vas cibis ferendis aptum, Schüssel.

Pandus, patulus.

Reddere, dare, Diis offerre.

Exta, intestina.

Si studium, scil. tibi est, si studes, cupis.

Tueri, nutrire, pascere.

Urere, laedere morsu, siccare.

Culta, arbusta.

Satur, foecundus, uber, opulentus.

Petere, quaerere.

Longinqua, longinqui agri.

Tarentum, urbs Magnae Graeciae, in ea Italiae parte quae hodie ad Neapolim pertinet et Terra di Otranto appellatur.

Herbosus, plenus arundinis et algae.

Liquidus, purus.

Carpere, decerpere, depascere.

Exiguus, brevis.

Reponere, restituere.

Fere, gewöhnlich.

Pressus, profundius immissus.

Putris, resolutus, tener, locker.

Optimus, convenientissimus.

Aequor, campus.
Decedere, domum redire.
Plaustrum, Lastwagen.
Devehere, excidere, exstirpare.
Ignarus, inutilis.
Cum stirpibus imis, radicitus.
Altum petere, in altum volare.
Rudis, hucusque inaratus, incultus.
Enitescere, fertilitate jucundum exsistere.
Impulsus, immissus, adactus.
Jejunus, infoecundus, sterilis.
Clivosus, bergicht.
Glarea, terra lapillis immixta, Kies.
Humilis, humi nascens.
Casia, vid. Ecl. II. 49.
Ros, Rosmarin.
Ministrare, praebere.
Tophus, lapis asper et arenosus, Tofstein.
Scaber, asper.
Exesus, cavatus, cavernosus.
Chelydrus, Krötenschlange.
Creta, Kreiderde.
Aequè dulcis, tam dulcis.
Latebrae, cava.
Exhalare, exspirare, emittere.

Fumus, Dunst.
Volucris, facile evanescens.
Bibere, attrahere.
Scabies, asperitas sordida.
Robigo, Rost.
Intexere, innectere, implicare.
Experiri, invenire.
Colendo, dum colis.
Facilis, liberalis, copiosum pabulum praebens.
Patiens vomeris, qui vomere tractari potest.
Uncus, incurvus.
Capua, urbs capitalis Campaniae.
Vesevum iugum, Vesuvius, mons ille celeberrimus Campaniae, ignem vomens.
Ora, regio.
Vacuus, parum habitatus, oede.
Clanius, fluvius Campaniae.
Non aequus, iniquus, inimicus.
Acerrae, urbs Campaniae, a Clanio saepe inundata.
Rarus, locker.
Supra morem, abundanter, plus aequo.
Densus, dicht.
Bachus, vitis.

Ceres, frumentum.
Lyaeus, vitis.
Capere oculis, eligere.
In solido, scil. solo.
Demittere, fodere.
Puteus, fovea.
Reponere, rejicere.
Aequare, planare.
Si deerunt, scil. arenae, terra.
Uber, foecundum solum.
Posse negare, non posse.
In sua loca ire, in foveae spatiis recipi, reponi.
Superare, super exstare.
Spissus, zäh.
Gleba cunctans, gleba, quae rastris facile comminui nequit.
Terga, tractus glebarum regestarum quae inter sulcos eminent.
Proscindere, aufbrechen.
Perhiberi, appellari.
Infelix, infaustus, infoecundus.
Mansuescere, meliorari.
Genus et nomina, generositas et nobilitas.

Specimen, experimentum, documentum, probatio.

Qualus, calathus.

Colum, vas vimineum, praelis uvarum et olivarum supponi solitum, ut novum mustum aut oleum in iis exceptum percoletur ac liquetur, Seige.

Praelum, Kelter.

Deripere, sumere.

Tecta, Decke.

Ager, terra ex agro.

Malus, falsus, amarus.

Ad plenum, donec plenum fuerit colum.

Eluctari, hervordringen.

Tentans, gustans.

Sensus, sapor.

Torquere, cruciare, infestare.

Amaror, amaritudo.

Hoc pacto, hoc modo.

Jactatus, versatus, tritus.

Fatiscere, dissolvi, abire in arenulas, solvi in pulverem.

Picis in morem, sicut pix.

Lentescere, lentus fieri, adhaerere.

Habendo, durch fest halten, anhaften.

Justo laetior, ultra modum luxurians.

Primis aristis, herbis surgentibus.

Promitum, facile.

Praediscere, prius scire, quam aliquis dicat.

Sceleratus, infestus, nocivus.

Exquirere, explorare.

Picea, Kiefer, Pechföhre.

Pandere vestigia, indicium dare.

Excoquere, macerare, calore et frigore mollificare.

Concidere montes scrobibus, in montibus scrobes facere.

Glebas supinare, terram ligonibus invertere.

Ostendere, exponere.

Putris, putrefactus, resolutus, mürbe.

Curare, efficere.

Labefactus, mollificatus.

Movere, fodere.

Jugerum, proprie vocatur id, quod uno jugo boum in die exarari potest, hic, ager, terra omnino.

Haud ulla vigilantia fugit, nulla diligentia omittitur.

Similis, ejusdem ingenii et naturae.

Prima seges paratur arboribus, plantae ar-

borum et vitium seruntur, seminarium, (plantarium, vitiarium) instituitur.

Digestus, ordinatus, ordine plantatus.

Ferre, transferre.

Mutatus, novus, ignotus.

Ignorare, perhorrescere.

Semina, Sprösslinge.

Mater, terra materna.

Quaeque, scil. arbor, jeglicher Sprössling.

Austrinus, meridionalis.

Axis, polus septentrionalis.

Restituere, eandem stationem assignare.

In teneris, scil. annis, in iuventute.

Adeo multum est, tanti refert.

Metari, in hortulos, tabulos, (Felder, Quartiere) dividere.

Densa serere, minoribus spatiis plantare.

Uber, ubertas, Fruchtbarkeit.

Tumulis adclivis, ad tumulum ascendens.

Supinus, non erectus, liegend.

Indulgere ordinibus, ordines largiores efficere, magnis spatiis relictis.

Nec secius, non aliter.

In unguem quadrare, perfecte convenire, exacte congruere.

Arbusta, arbores vitibus circumdatae.
Viae, interstitia, intervalla, Gänge.
Limes, transversa via, Queergang.
Explicare, evolvere, extendere.
Directus, ordinatus.
Fluctuare, coruscare, resplendere.
Aes renidens, arma fulgentia.
Miscere proelium, committere proelium.
Dubius, incertus.
Mediis in armis, inter duo exercitus.
Pascere, delectare.
Animus inanis, animus qui inani prospectu pascitur.
Vires, alimenta.
Dare, suppeditare, praebere.
In vacuum, in aërem.
Fastigium, profunditas.
Tenuis, flach.
Altior, profundior.
Penitus terrae defigere, profundis foveis inserere.
Aesculus, vid. Georg. I, 16.
Vertex, cacumen.
Ad auras aetherias tendere, versus coelum, in altum consurgere.

In Tartara tendere, ima terrae penetrare.
Flabra, flatus, venti.
Convellere, concutere, labefactare.
Volvere, exigere.
Saecula virum, Menschenalter.
Durando, ausdaurend.
Sustinere, efficere, reddere.
Vergere, declinare, spectare.
Vinetum, Weingarte.
Summa flagella, die obersten Enden der Reiser.
Summa arbor, cacumen arboris.
Petere, sumere.
Destringere, desecare.
Planta, surculus, Sprößling.
Ferrum, Messer.
Retusus, obtusus, hebes.
Semina, surculi, sarmenta.
Inserere, interserere.
Incautus, negligens.
Furtim, clam.
Robora, truncus, lignum.
Elabi, ascendere.
Coelo, ad coelum.
Sequi, progredi.

Nemus, arbustum, Baumweinberg.
Ruere, agere, emittere, ejectare.
Piceus, pechschwarz.
Caligo, tenebrae.
A vertice, desuper, de coelo.
Silvae, arbusta.
Incumbere, ingruere.
Glomerare, volvere.
Ferens, flans.
Incendium, flamma.
Hoc ubi, scil. contigerit.
A stirpe, radicitus.
Non valere, aegrotare et corruptus esse.
Caesus, praecisus.
Reverti, recreari.
Revirescere, denuo virescere.
Infelix, infoecundus.
Superare, superesse.
Auctor, consiliator.
Rigidus, frigore constrictus.
Movere terram, die Erde mit dem Karst auflockern.
Claudere, comprimere, constringere.
Hiems, tempestas hiberna, kalte Jahrszeit.
Semine jacto, surculis positis, plantatis.

Concretus, concretio, Anhaftung, anhaftende Fäserchen.

Pati, permittere.

Optuma vinetis satio, optimum tempus ad serendas vites.

Rubens, scil. floribus, purpureus, pulcher.

Candida avis, ciconia.

Invisus, odiosus.

Coluber, serpens.

Hiems, signa hiemalia.

Contingere, erreichen.

Tumere, schwellen.

Genitalia semina, semina quibus fruges gignuntur et procreantur.

Foecundus, foecundans, foecunditatem pariens.

Aether, coelum.

Conjux, intelligitur terra.

Alere, nutrire.

Magno corpore, scil. terrae.

Avius, in quo non est via, desertus.

Canorus, canens.

Venerem repetere, coitum exercere.

Almus, qui alit, nutrit.

Tepens, lau.

Laxare, aperire.
Sinus, gremium.
Superare, abundans esse.
Germina, Keime, Knospen.
Surgens, oriens.
Actus, pulsus.
Trudere, propellere, treiben.
Explicare, pandere.
Crescens, nascens.
Tenor, progressus et continuatio aequabilis, Folge.
Agere, celebrare.
Hibernus, asper, saevus.
Parcere, abstinere.
Haurire lucem, aspicere lucem.
Terrea progenies, genus e terra factum.
Res tenerae, creaturae recens genitae, ideoque tenerae.
Labor, molestia ex frigore ac calore.
Quies, tranquilla temperies.
Ire, progredi.
Excipere, leniter tractare, fovere.
Indulgentia, clementia.
Virgulta, sarmenta, surculi, Setzlinge.
Premere, einpflanzen.

Agri, arbusta et vineae.
Memor, attentus.
Lapis bibulus, sabulosus, pumex.
Squalens, starrend.
Tenuis halitus, scil. venti.
Subire, intrare, penetrare.
Animum tollere, laetissime efflorescere.
Sata, plantae.
Reperiri, fuere.
Testa, Scherbe.
Urgere, premere, obtegere.
Munimen, protectio.
Hiulcus siti, propter nimiam siccitatem hians, scissus.
Findere, dissecare, dividere.
Aestifer, aestum afferens.
Seminibus positis, surculis terrae defixis.
Diducere, dirimere, aus einander machen.
Ad, circa.
Capita, radices.
Jactare, movere, adhibere.
Bidens, instrumentum vinitorum duos dentes habens, zweizahniger Karst.
Pressus, profundius immissus.
Exercere, tractare.

Flectere, ducere.

Luctans, laborans.

Levis, glatt.

Rasus, decorticatus, geschält.

Hastile, lignum teres et oblongum, Stab.

Aptare, praeparare.

Sudes, Pfahl.

Furca, Gaffel.

Bicornis, duo cornua habens, zweizakkicht.

Eniti, effulciri, adsurgere.

Sequi, ascendendo attingere, erklettern.

Tabulata, ordines ramorum in arboribus, quorum quidam recisi, alii in planum tendunt, ut quasi variae sint in arbore contignationes, Stufen der Zweige.

Prima aetas adolescit novis frondibus, frondes tenerae ac novae et nondum adultae sunt.

Se agere, erigi.

Laxis habenis immissus, celeriter et effuse crescens, entzügelt, wachsend.

Per purum, per aërem.

Tentare, angreifen.

Uncis manibus, incurvatis manibus, digitis constrictis.

Carpere, decerpere, abkneipen.

Interlegere, cum delectu legere.

Exire, in altum se sustollere, excrescere.

Comae, frondes, pampini.

Tondere, secare.

Reformidare, timere.

Ferrum, falx.

Durus, severus.

Compescere, coërcere, cohibere.

Fluens, diffluens, luxurians.

Tenere, continere, arcere.

Imprudens laborum, ignarus, impatiens incommodorum.

Super, praeter.

Indignus, saevus.

Potens, gravis, intolerabilis.

Urus, Auerochse.

Sequax, qui insectatur, persequitur.

Illudere, laedere, nocere.

Pasci, depasci.

Canus, albicans.

Concretus, constrictus, exstans.

Gravis, molestus, exitiosus.

Incumbere scopulis, violenter ingruere, an die Felsen anprallen.

Arens, dürre.

Aestas, aestus solis.

Admorsus, abrosus.

Signatus, infixus, impressus.

Cicatrix, vestigium vulneris, Narbe.

Caedere, mactare, immolare.

Veteres ludi ineunt proscenia, antiquis temporibus ludi in scenam inducti, exhibiti sunt.

Proscenium, proprie locus ante scenam, ubi erant agentium discursiones; h. l. omnino pro scena positum.

Pagus, Dorf.

Compitum, quadrivium, Scheideweg.

Theseidae, Athenienses, a Theseo rege sic dicti.

Unctus, scil. oleo.

Uter, saccus ex corio caprino factus, Ziegenschlauch.

Salire, saltare.

Ausonius, Italus.

Versus incomti, cantus inornati, ex tempore effusi.

Ludere, ludos celebrare.

Risus solutus, wildes Gelächter.

Ora corticibus cavatis, larvae e corticibus cavatis factae.

Oscillum, imaguncula.

Mollis, mobilis, pendulus.

Largus foetus, laetus uvarum proventus.

Pubescere, exuberare, florere.

Circumagere, circumvertere.

Honestus, pulcher, formosus.

Rite, secundum ritum et morem.

Bacho suum honorem dicere, in Bachi honorem canere, Bachum laudibus extollere.

Lanx, vas cibis ferendis aptum, Schüssel.

Libum, genus cibi ex farre, lacte, ovis et oleo, melle illitum, Opferflade.

Sacer, expiationi destinatus.

Veru, Bratspieſs.

Torrere, assare.

Colurnus, e corylo factus.

Curare, warten.

Cui numquam satis exhausti est, qui numquam satis exhauritur.

Scindere, scil. vomere, sulcare, arare.

Versus, umgekehrt.
Aeternum, semper.
Fronde levare, ablauben.
Nemus, vinea et arbustum.
Labor actus in orbem, die sich kreisende Arbeit.
Sua per vestigia, eadem, ac superiore anno, ratione, modo, tenore ac progressu.
Volvere in se, revolvere, redire.
Ponere, deponere, amittere.
Silvae, vineae, et arbusta.
Honor, frons.
Acer, diligens, labori non parcens.
Dens Saturni, falx amputatoria.
Relictus, fructu et frondibus nudatus.
Persequi, tractare.
Attondere, secare.
Fingere, componere.
Putare, schneiteln.
Devectus, domum reportatus.
Cremare, comburere.
Sarmenta, palmites resecti.
Vallus, palus, quo vitis suffulcitur.
Metere, vindemiare.

Vitibus ingruit umbra, vites nimia copia excrescunt, ita ut nimia umbra sit.

Seges, ager vitibus consitus.

Obducere, überziehn.

Ruscus, virgulti genus, Mäusedorn.

Vimina, Reiser.

Vinctus, alligatus.

Incultus, sponte proveniens.

Exercere, occupare.

Falcem repenere, falcem non amplius requirere.

Effoetus, viribus exhaustus, lassus.

Antes, ordines vitium.

Sollicitare, exercere, tractare.

Movere, excitare.

Juppiter, tempestas iniqua.

Procurvus, vorwärts gebogen.

Tenax, qui terrae infigitur et omnia secum rapit.

Haerere arvis, radices agere in terra.

Auras ferre, aëri assuescere.

Sata, junge Setzlinge.

Dente unco, scil. bidentis.

Recludere, aperire.

Sufficere, sufficienter administrare.

Gravidus, uber.
Quum vomere, scil. recluditur.
Hoc, propter hoc, propterea.
Placitus, jucundus, gratus.
Nutritor, nutri.
Poma, arbores pomiferae.
Ad sidera, versus coelum.
Raptim, cito.
Niti, erigi, assurgere.
Foetu gravescere, fructus plenus esse.
Omne nemus, omne arborum genus.
Sanguineus, sanguineum colorem habens.
Aviaria, secreta nemorum, quae aves frequentant.
Taeda, Kienbaum.
Pascere, nutrire.
Fundere, spargere.
Dubitare, cunctari.
Sequi, commemorare.
Mel, apes, quae mel conficiunt.
Undare, fluctuare.
Cytorus, mons Paphlagoniae.
Narycia, sic dicitur pix, a Narycio, urbe Locrorum Epienemidiorum.

Picis lucus, arborum lucus, e quarum resina pix fit, quales sunt inprimis pinus et picea.

Non obnoxius, non egens, nihil debens.

Caucasius vertex, cacumen Caucasi, montis inter nigrum et Caspicum mare.

Sterilis, fructum edulem non ferens.

Animosus, impetuosus.

Ferre, pellere, vexare.

Foetus, usus, Producte.

Radii, ligna inter axem et circumferentiam rotarum, Speichen.

Terere, tornare.

Tympanum, rota ex solidis tabulis composita, sine radiis, Rolle, Scheibenrad.

Pandus, incurvus.

Ponere, facere.

Carina, infima pars navis.

Hastile, Lanzenschaft.

Bellum, quae ad bellum pertinent, sagittae, jacula, Kriegesgeräthe.

Ituraei, populi Arabici in Coelesyria ultra Jordanem, arte sagittandi clari.

Torquere, curvare.

Tilia, Linde.

Rasilis, qui facili radi, tornari et scalpi potest.

Torrens, praecipiter fluens.

Missus, immissus.

Padus, fluvius Italiae, Po.

Condere, abscondere.

Vitiosus, vetustate confectus, putrefactus.

Alveus, truncus cavus.

Memorandum aeque, similiter laudandum.

Baccheïa dona, vitis.

Ferre, afferre, dare.

Culpa, facinus, crimen.

Caussa, occasio.

Centauri, populi Thessaliae, qui, dum primi equum domare, illique insidere docuerint, ex inferiore parte equi, e superiore homines existimati sunt.

Letum, mors.

Lapithae, populi Thessaliae.

Fundere, sufficere, suppeditare.

Humus, solum, culta superficies terrae.

Fictilis, qui facili opera paratur.

Victus, quaecunque esui potuique sunt, et ad vitam homini necessaria.

Tellus ipsa, tellus lubens volensque.

Domus vomit undam, e domo multitudo hominum glomeratim sese effundit.

Aedes, Gemächer, Säle.

Varius, variegatus, bunt.

Inhiare, habere cupere.

Testudo, Schildpatt.

Illusus auro, mit Gold durchwirkt oder gestickt.

Ephyreia aera, signa et vasa ex aere Corinthio; Corinthus enim Ephyra olim dicta est.

Assyrius, Syrius et Phoenicius.

Fucare, tingere, colorare.

Venenum, succus, intelligitur purpura, cuius usus in Phoenicia inventus est.

Casia, frutex in Arabia crescens, cujus cortex, cortici cinnamomi similis, unguentis miscebatur.

Corrumpere, vitiare, verfälschen.

Securus, separatus a curia.

Nescius fallere, non fallax, certus, tutus, nullis vicissitudinibus obnoxius.

Latus, apertus, unde prospectus late patet.

Fundus, campus.

Vivi lacus, lacus, qui aquam perennem habent.

Tempe, proprie, amoenissima vallis Thessaliae, hic pro unaquaque valle amoena.

Mollis, lenis, tranquillus, dulcis.

Lustra, latibula, Lager.

Patiens operum, laboriosus.

Sacrum, quidquid Deorum honori instituitur, Fest.

Sanctus, venerabilis.

Per, apud, inter.

Excedere, relinquere.

Vestigia facere, commorari.

Dulcis ante omnia, dulcissimus, dilectissimus.

Sacra ferre, sacrificare.

Percussus, affectus, incensus.

Via, cursus.

Defectus, Verfinsterung.

Labores lunae, ecclipsus lunae, Mondfinsterniss.

Tumescere, inflari, extolli.

Obex, littus.

Rumpere, dejicere.

Residere, in seipsum descendere, in propria

pria receptacula, in priores alveos et ambitus redire.

Oceano tingere, occidere.

Soles hiberni, sol hiberno tempore.

Tardus, tarde veniens.

Adcedere, attingere, cognoscere.

Frigidus sanguis circa praecordia, tarditas ingenii ex sanguine frigido circa cor producta.

Obstare, impedire.

Riguus, qui irrigat.

Inglorius, sine gloria.

Spercheos, fluvius Thessaliae.

Bachatus, bachando frequentatus.

Taygeta, scil. iuga, Taygeton, mons ex Arcadia per totam Laconicam procurrens.

Haemus, mons Thessaliae.

Subjicere pedibus, pedibus calcare.

Acheron, fluvius infernalis.

Avarus, qui omnia ad se trahit.

Fasces, fasciculi, colligati ex virgis, inter quas eminebat securis: praeferebantur magistratibus Romanorum et erant insignia honorum.

Sollicitare, attrahere, movere.

Agitare, vexare.

Daci, populi, qui montium iuga trans Istrum incolebant, ubi hodie est Moldavia, Walachia et Transilvania.

Ister, Danubius.

Res Romanae, vicissitudines et fortuna imperii Romani.

Peritura regna, regna quae pereunt, afflicta.

Miserari, lacrymis aut verbis dolorem ex alicujus miseria declarare, deplorare.

Dolere, capere dolorem, affici dolore.

Inops, pauper.

Habens, dives.

Volens, non coactus, willig.

Insanus, insano clamore perstrepens.

Tabularia, loca, ubi tabulae et instrumenta publica servabantur.

Sollicitare remis, pernavigare.

Coecus, ignotus, inexploratus.

Limina, domus, palatia.

Petere excidiis, exscindere parare.

Penates, Dii patrii, patria.

Gemma, poculum gemmeum, ex gemma factum.

Sarranum, Tyrium, ab antiquo urbis Tyrii nomine, Sarra seu Tsor.

Attonitus, admiratione raptus.

Rostra, locus Romae in foro, unde ad populum loqui plurimum consueverant, a rostris navium, quae ibi suffixa erant, sic appellatus.

Plausus, Geklatsch.

Hiare, ambire, cupide exspectare.

Cunei, sedilia et ordines spectatorum in theatro ita dicti quia cunei formam habebant.

Geminatus, zwiefach.

Patres, senatores.

Corripere, percellere animum, movere.

Mutare, vertauschen.

Sol clima.

Dimovere, discindere.

Anni labor, labor per annum, annuum opus.

Sustinere, alere.

Meritus, dignus qui alatur.

Exuberare, uber et foecundus esse.
Cereale culmen, calamus frumenti.
Merges, manipulus culmorum spicas habentium, Garbe.
Proventus, fruges provenientes.
Vincere horrea, sic implere horrea, ut capere non possint omnia.
Terere, tundere, quetschen.
Sicyonia bacca, oliva, a Sicyone urbe Achaiae sic dicta, quae clara erat olivis.
Trapetum, mola olearia.
Ponere, dare.
Coqui, maturus fieri.
Vindemia, uvae.
Osculum, os, collum.
Domus, familia.
Lacteus, lacte plenus.
Demittere, deorsum mittere.
Adversus, ex adverso objectus.
Agitare, celebrare.
Fusus, prostratus, recubans.
Corōnāre, bekränzen.
Libare, sacrificare.
Magister, pastor.
Certamina, praemia certaminis.

Praedurus, induratus.
Palaestra, luctatio.
Colere, amare.
Sabini, populi Italiae.
Remus et frater, Remus et Romulus, filii Rheae Silviae, conditores Romae.
Etruria crevit, Etrusci potentes facti sunt, ad magnas opes pervenerunt: Etruria autem provincia Italiae.
Roma rerum pulcherrima facta est, Roma omnium imperiorum praestantissimum et beatissimum factum est.
Arces, montes.
Sceptrum, regnum.
Dictaeus rex, Jupiter, qui in Dicte monte Cretae est nutritus.
Impius, sceleratus.
Caesus, mactatus.
Epulari, vesci, edere.
Inflari classica, cani inflato cornu, tuba, buccina.
Crepitare, klirren.
Incus, Ambos.
Conficere, percurrere.

Aequor immensum spatiis, immensorum spatiorum campus.

Solvere colla, jugum a collis demere, solvere.

LIBER III.

Pales, Dea pastoritia.

Memorandus, laude dignus.

Pastor ab Amphryso, Apollo, qui ad Amphrysum, Thessaliae fluvium boves regis Admeti pavisse dicitur.

Lycaeus, vid. Georg. I. 16.

Vacuus, scil. a curis, rebus ac studiis severis, otiosus.

Tenere, occupare, delectare.

Vulgatus, notus.

Eurystheus, rex Mycenarum.

Illaudatus, illaudabilis, detestabilis.

Busiris, rex Aegypti.

Hylas, vid. Ecl. VI. 43.

Latonia, sic dicta Delos a Latona, quae ibi peperit Apollinem.

Hippodame, filia Oenomai, regis Elidis et Pisae.

Pelops, Tantali filius, quem pater Diis epulandum apposuit, et cujus humerus a Cerere consumtus est: quam ob causam deinceps, cum Jupiter membra conjunxisset, eumque in vitam revocasset, humerus eburneus ei datus est.

Acer equis, arte equestri, quadrigis ducendis, strenuus, excellens.

Tollere humo, e pulvere erigere.

Victor, effector propositi, compos voti.

Volitare, ferri.

Aonius vertex, Helicon, mons Boeotiae Aonibus olim habitatae.

Idumaea, pars Syriae, quae palmis frequens erat.

Ponere, constituere, aedificare.

Propter, iuxta.

Errare, circumfluere.

Praetexere, cooperire.

Tenere, possidere.

Tyrio conspectus in ostro, purpura vestitus.

Quadrijugus, quaternos equos habens, vierspännig.

Alpheus, fluvius Elidis, urbem Olympiam praeterfluens.

Molorchus, pastor Cleonis, in oppido inter Corinthum et Argos, (non procul a Nemaea silva, ubi Hercules leonem illum occidit,) qui Herculem hospitio excipiebat.

Cursus, Wettlauf.

Crudus, e corio factus.

Decernere, certare.

Cestus, munimen manuum, quo pugiles se invicem caedunt.

Tonsus, beschnitten.

Dona, sacrificia.

Pompae, imagines Deorum in processione ductae in Circum.

Delubrum, templum.

Scena, aut versatilis aut ductilis erat; versatilis, quae et hic intelligenda, machinis quibusdam vertebatur et aliam picturae partem ostendebat.

Versis faciebus, mutatis partibus.

Intexti Britanni, imagines Britannorum pictae, aulaeo intextae.

Aulaeum, Vorhang.

Elephantus, dens Elephanti, ebur.

Gangaridae, populi circà Gangem habitantes.

Arma, bella, pugna.

Quirinus, Augustus.

Undare, aufwogen.

Surgens, erectus, stans.

Aes navale, aes rostris navium victarum detractum.

Pulsus, fugatus, victus.

Niphates, mons Armeniae.

Sagittae versae, sagittae a tergo missae.

Manu, scil. propria.

Ex diverso hoste, ex hoste in diversis terrarum partibus.

Tropaeum, spolium reportatum ab hoste superato, Siegeszeichen.

Triumphatus, de quo triumphus habitus est.

Ab utroque littore, tum Orientis tum Occidentis.

Parii lapides, marmor, a Paro, insula maris Aegaei, ubi invenitur.

Spirantia signa, imagines vivae.

Assaracus, filius Trois, avus Anchisae.

Proles, progenies, familia, stirps.

Demissus, deductus.

Gens, familia.

Auctor, fabricator, conditor.

Infelix, infelicem reddens.

Severus, saevus.

Cocytus, fluvius infernalis.

Ixion, rex Thessaliae, quia Junonis amplexus petierat, apud inferos religatus est ad rotam anguibus pro vinculis.

Immanis, ingens.

Non exsuperabile saxum, saxum quod exsuperare non potest summum cacumen montis, quod ad summam montis verticem emoveri et adduci nequit: intelligitur saxum Sisyphi.

Sequi, persequi, transire.

Haud mollis, durus, rem non levem imponens.

Inchoare, incipere, moliri.

Rumpere segnes moras, non amplius morari.

Cithaeron, mons Boeotiae.

Domitrix, quae domat.

Epidaurus, urbs Peloponnesi, equis nobilissima.

Adsensus nemorum, Echo.
Ingeminatus, duplicatus.
Remugire, resonare.
Ardens, acer.
Accingi, studiose parare, instituere, moliri.
Tithonus, Laomedontis filius.
Mirari, in deliciis habere, cum delectatione intueri.
Palma, victoria.
Pasci, alere.
Torvus, aspectu formidabilis, finster.
Turpe caput, magnum caput, fronte lata.
Plurima cervix, longa et crassa cervix.
Crurum tenus, usque ad crura.
Palearia, pelles laxae, Wampen.
Nullus modus lateri, latus vastum et magnum.
Camurus, incurvus, intortus, introrsum conversus.
Hirtus, pilosus, setosus, hirsutus.
Maculis insignis et albo, weifsgesprenkelt.
Detrectare, refugere, recusare.
Aspera cornu, cornu minitans et petens.
Facies, forma.
Propior, vicinior, similior.

Arduus, altus.
Gradiens, ingrediens.
Imus, ad terram demissus.
Verrere, verwischen.
Lucina, Dea partus, hinc *Lucinam pati*, parere.
Justos Hymenaeos pati, justa et matura aetate coïre.
Foetura, propagatio.
Habilis, idoneus.
Interea, intra hoc spatium.
Superare, superstitem esse.
Mittere in Venerem, operi venereo, coitui admittere.
Pecuaria, armenta.
Primus, quam primum.
Sufficere, suppeditare, supplere.
Subire, subsequi, advenire.
Rapere, scil. de medio, delere, exstinguere.
Inclementia, inexorabilitas.
Quarum mutari corpora malis, quas cum aliis permutari velis.
Reficere, reparare.
Antevenire, praevenire.

Suboles, propagatio nova.

Sortiri, eligere, substituere.

Pecus equinum, equi.

Dilectus, ad eligendum disquisitio.

Statuere, sibi proponere, velle.

Submittere in spem gentis, in locum aliorum substituere, ut gregem novum procreent.

A teneris, scil. annis, a iuventute inde.

Labor, cura.

Continuo, primo, in primordio, ut ambulare incepit.

Altius, alto incessu.

Mollis, mobilis, qui facile flecti et incurvari potest, geschmeidig.

Reponere, wiederhohlt hinsetzen.

Tentare, transire.

Arduus, altus, erectus, sublimis.

Argutus, exiguus, zierlich, behende.

Brevis alvus; substrictus venter.

Obesus, pinguis.

Luxuriare abundare.

Tori, partes carnosae et pulposae in animalibus.

Honestus, pulcher.

Spadix, braunroth.

Glaucus, apfelgrau.

Deterrimus, pessimus.

Albus, pallidus, falb.

Gilvus, qui ad colorem mellis proxime accedit, isabel.

Stare loco nescire, unruhig mit den Füſsen stampfen.

Micare auribus, celeriter movere aures, arrigere et rursum deprimere.

Artus, membra.

Fremens, schnaubend.

Volvere sub naribus, e naribus evolvere.

Ignis, anhelitus ardentes.

Recumbere, quiescere, reponere.

Armus, humerus.

Duplex spina, crassa, lata spina, quae maxime versus clunes tanquam cavum sulcum faciat, et duplex esse videatur.

Agi, extendi, deduci.

Solidus, durus.

Ungula, Huf.

Amyclaeus, sic dictus Pollux ab Amyclis, urbe Laconicae in qua cum fratre Castore educatus est.

Pollux, filius Jovis et Ledae.

Bijuges, bini jugum trahentes, zweispännig.
Currus, equi.
Achilles, filius Pelei et Thetidis.
Effundere, schütteln.
Pernix, celer.
Saturnus, equi speciem assumsit ne conjux Ops adveniens concubitum cum Philyra, Oceani filia, cognosceret.
Hinnitus acutus, helles Gewieher.
Gravis, gravatus.
Deficere, viribus defici.
Abdere domo, domi retinere, ab armentis removere, et in stabulo ad opus faciendum habere.
Turpis, deformis, omni vigore carens.
Ignoscere, indulgere.
Frigidus, segnis.
Venus, coitus.
Trahere, longo tractu peragere.
Proclia, scil. Veneris.
Incassum, frustra.
Animus, spiritus, Muth, Feuer.
Artes, virtutes.
Proles parentum, alii pulli a parentibus jam editi.

Quis dolor victo, quomodo doleat, dum victus est.

Quae gloria palmae, quomodo glorietur, dum victor est.

Praeceps, celer.

Certamen, cursus quo certatur, Wettlauf.

Corripere, raptim se conferre.

Effusi carcere, vid. Georg. I. 512.

Ruere, cum impetu ferri.

Adrectus, elevatus, excitatus.

Exsultans, micans, trepidans, klopfend.

Haurire, exhaurire, durchwühlen.

Pavor, Angst.

Pulsans, efficiens, ut pulset et palpitet cor.

Verber tortus, flagellum ex chordis intortis.

Instare, urgere.

Pronus, inclinato corpore.

Dare lora, laxare habenas.

Vi, cum impetu.

Nimbus, globus in morem nubis.

Humescere, humefieri, irrigari.

Flatus, anhelitus.

Amor, cupiditas.

Erichthonius, rex Athenarum.

Insistere rotis, currui insidere.

Rapi-

Rapidus, celeritate procurrens.

Pelethronii, sic dicti Lapithae, a Pelethronio, saltu in monte Pelio.

Frena dare, docere, frenis quomodo gubernetur equus.

Gyrum dare, docere, quomodo equus in gyrum flectatur.

Eques sub armis, eques armatus.

Insultare solo, cum impetu terrae insilire, hinsprengen.

Glomerare, gyrum et glomeris formam facere, herumtummeln.

Juvenis, scil. equus.

Magister, Aufseher.

Exquirere, requirere, postulare.

Calidus animis, plenus ardoris.

Acer cursibus, celeriter currens.

Fuga versum agere, fugare.

Referre, jactare.

Epirus, vid. Georg. I. 59.

Mycenae, urbs Peloponnesi, praestantissimos equos alens.

Neptuni origo, equus a Neptuno ortus; scilicet, cum terram tridenti percussisset, ortus est equus.

Gens, genus.

Instare, diligenter curare.

Sub tempus, coeundi.

Densus, solidus, derbe.

Distendere, farcire, implere.

Pingue, pinguedo, sagina.

Dicere, designare.

Pubens, hervorsprossend, zart, jung.

Fluvii, aqua.

Blandus labor, venereus coitus, qui fit cum voluptate.

Superesse, sufficere, satis virium habere.

Referre, indicare, prodere.

Jejunium, macies, infirmitas.

Nati, pulli.

Tenuare, tenuem reddere.

Armenta, h. l. feminae, equae et vaccae.

Volentes, voluntarie, ex instituto.

Nota voluptas, voluptas, cujus jam sensus habetur.

Sollicitare concubitus, ad concubitus sollicitare, stimulare.

Quatere, fatigare.

Sol, aestus.

Tunsus, gedroschen.

Gemere, dröhnen.
Luxus, luxurians, super abundans pinguedo.
Obtusus, stumpf.
Genitale arvum, partes genitales.
Sulci, receptacula seminum.
Oblimare, obducere, pinguedine intercludere.
Iners, hebes factus.
Sitiens, appetens.
Venus, semen.
Interius, intra naturalia secreta, et loca quibus foetus clauditur.
Cadere, deficere.
Exactus, perfectus.
Saltu superare, transilire.
Pati, concedere, permittere.
Acri fuga, celeri cursu.
Carpere prata, percurrere prata.
Saltus vacui, saltus, ubi otiosae et remotae ab aliis armentis sine omni impedimento pascere possunt vaccae gravidae.
Secundum, prope, längs.
Saxea umbra, umbra saxis effecta.
Procubare, extendere.

Silarus, fluvius Lucaniae, hodie Silò.

Alburnus, mons Lucaniae.

Volitans, musca, insectum.

Asilus, Bremse.

Oestrum, οἶστρος, insectum e vesparum genere, sine proboscide, at aculeo seu spiculo in cauda acutissimo, quo ova intra cutem armentorum demittit.

Asper, iracundus.

Acerba sonans, membranis alarum sonitum et susurrum edens gravissimum.

Furere, resonare.

Concussus, repercussus.

Siccus, aestu solis exsiccatus.

Tanager, fluvius Lucaniae in Silarum defluens.

Inachia iuvenca, Jo, Inachi regis Argivorum filia, in vaccam mutata.

Pestem meditari, grave malum excogitare.

Mediis fervoribus, medio die, ubi fervor est maximus.

Instare infestare, cruciare.

Traducere, transferre.

Nota, signum.

Pecori habendo submittere, zugehen lassen.

Horrens, spinis et herbis obductus, incultus.

Invertere, arare.

Formare, educare.

Hortari, instituere, adsuescere.

Viam insistere, rationem ingredi.

Facilis, mollis, docilis.

Mobilis, flexilis.

Laxus, solutus, non dure premens.

Circlus, cingulus, Reif.

Assuescere, assuefieri.

Apti e torquibus, nexi et illigati invicem vinculis.

Pares, aequales viribus corporis.

Conferre gradum, simul ire.

Rotae inanes, vacua plaustra.

Signare vestigia summo pulvere, leviter exprimere vestigia in pulvere.

Nitens, laborans, gedrängt.

Instrepere, strepitum et crepitum facere, knarren.

Aereus, aere, ferro firmatus, munitus.

Orbes, rotae, currus.

Pubes indomita, vituli nondum domiti.

Vescus, exilis, tenuis, parum succosus, ausgezehrt, mager, dürre.

Ulva, Kolbenschilf.

Frumenta sata, herbae novellae segetis.

Foetae, quae jam pepererunt.

Mulctrarium, vas in quod mulgetur.

Tota ubera, omnis lac uberum.

Consumere, expendere.

Turma, Geschwader von dreißig Reutern.

Alpheus, vid. Georg. III. 19.

Rotis praelabi, curru praeterlabi, praetervolare.

Pisa, urbs Elidis in Peloponneso.

In luco Jovis, scil. Olympii: in hoc luco erat stadium, et iuxta Alpheum habebantur certamina Olympica.

Lituus, Zinke.

Tractu gemens, stridens, dum trahitur.

Sonans, crepitans, klirrend.

Plausus, percussus cum sonitu, geklatscht.

Depulsus ab utere, ablactatus, entwöhnt.

In vicem, vicissim.

Capistrum, Halfter.

Inscius aevi, qui vires iuventutis nondum expertus est.

Carpere gyrum, in gyrum seu orbem ire.

Gradibus sonare compositis, incedere, ungula sonante, gressibus numerosis.

Sinuare alterna volumina crurum, alte tollere crura alternis.

Vocare, provocare, lacessere.

Aperta aequora, campi patentes.

Summa arena, superficies arenae.

Hyperboreae orae, regiones, in quibus Hyperborei habitant, populi in ultima Scythia; hic, regiones omnino boreales et septemtrionales.

Densus, validus, gravis, qui cum magno impetu fertur.

Incumbere, ingruere.

Hiems, tempestas.

Arida nubila, nubes sine pluviis.

Differre, scil. in diversas partes, dissipare.

Natans, undans, fluctuans.

Horrescere, contremiscere.

Summae silvae, cacumina arborum.

Longus, e longinquo veniens.

Urgere, se protendere, volvere.

Fuga, celer, cursus.

Verrere, perflare.

Eleus campus, campus ad urbem Elidem in Peloponneso pertinens, ubi certamina curulia fiebant.

Agere, excutere.

Mollis, domitus.

Ferre, trahere.

Esseda, currus bellicus apud Britannos et Belgas.

Farrago, Mengelkorn.

Ante domantur, antequam domentur.

Prensus, captus.

Negare, nolle, recusare.

Verbera lenta, verbera lenti flagelli.

Lupatum, frenum aculeis ferreis munitum, Wolfsgebiſs.

Venus, Brunst.

Coecus, occultus; clam furens.

Pascua sola, pascua vacua a vaccis, ubi vaccae non simul pascunt.

Oppositus, objectus.

Satur, saturans, plenus.

Carpere, consumere.

Urere, incendere.

Videndo, dum videtur.

Subigere, cogere, compellere.

Decernere, certare.

Sila, mons silvosus, Apennini iugi pars extrema, in extremis Bruttiorum oris.

Alternantes, vicissim, invicem inter se.

Proelia miscere, proelium committere.

Lavere, lavare, imbuere, perfundere.

Versus, obversus in alterutrum.

Obnixus, obnitens, reluctans.

Gemitus, mugitus.

Vastus, magnus, vehemens.

Reboare, boatum et mugitum referre, remugire.

Mos, consuetudo.

Una stabulare, in uno stabulo esse.

Exsulare, extra solum suum vitam agere.

Plaga, vulnus.

Amores, juvenca amata.

Adspectare, respicere, retorquere oculos.

Pernix, perseverans.

Instratus, non stratus.

Hirsutus, spinosus.

Carex, Riedgras.

Irasci, furere.

Proludere, proludium et exordium facere.

Refectus, restitutus, reparatus.

Signa movere, proelium committere: dum enim hoc fit, signa, vexilla, (Fahnen) moventur.

Praeceps, impetuosus.

Oblitus, qui omnem adversarii memoriam animo demisit, ideoque securus est.

Albescere, scil. spumis.

Longius, fernher.

Ex alto, e profundo.

Sinum trahere, sinuare.

Immane, valde, vehementer.

Exaestuare, ebullire, effervere.

Subjectare, erigere, in sursum jactare.

Aequoreus, marinus.

Pictus, versicolor, bunt.

Furiae, furor.

Saevior, immanior, ferocior.

Errare, streifen.

Informis, deformis.

Stragem dare, prosternere.

Pessimus, immanissimus.

Soli agri, desertum.

Tremor, titillatio venerea.

Pertentare, penitus tentare, ganz durchdringen.

Odor, scil. ab equabus diffusus, Ausdünstung brünstiger Stuten.

Objectus, interpositus.

Torquere, volvere.

Sabellicus, vid. Georg. II. 167.

Prosubigere, effodere.

Ad, contra.

Durare, indurare.

Juvenis, intelligitur Leander, Hellespontum tranans ut Hero potiretur.

Versare, excitare.

Abruptus, se abrumpens, adeoque praeceps, cum impetu ruens.

Turbatus, empört.

Coecus, plenus periculorum, quae praevideri non possunt.

Serus, sero tempore.

Porta coeli, hiatus coeli, unde fulmen, tanquam per ostium exit.

Illisus, zerschmettert.

Reclamare, resonare.

Revocare, retinere.

Crudele funus, vid. Ecl. V. 20.

Virgo, Hero.

Varius, maculosus.

Insignis, notabilis.

Mens, impetus animi, furor.

Glaucus, Sisyphi filius.

Potniades quadrigae, equae quadrijuges, quae Potniis, in vico Boeotiae, nutritae erant.

Malae, maxillae, dentes.

Absumere, dilacerare, dilaniare.

Gargara, vid. Georg. I. 102.

Ascanius, fluvius Bithyniae.

Superare, transscendere.

Subditus, immissus.

Exceptare, einathmen.

Conjugium, commixtio.

Depressus, humilis.

Caurus, Nordwestwind.

Contristare, trübe machen.

Inguen, genitalia, pubes.

Virus, humor.

Captus amore, incitatus amore, studio negotii suscepti.

Circumvectari, pertractare, perlustrare.

Cura, negotium susceptum.

Agitare, proprie, agere, pascere, hinc omnino curare.

Hirtus, pilosus, zottig.

Hic labor, in hoc opera vestra posita esto.

Non sum dubius animi, non dubito, satis quidem novi.

Vincere, exornare.

Magnum, difficile.

Angustus, exiguus, humilis, vilis.

Honor, ornatus, dignitas.

Raptare, rapere, trahere.

Priores, veteres, majores.

Castalia, fons in radicibus Parnassi.

Deverti, deflectere, ducere.

Orbita, semita, via.

Magno ore sonare, vocem extollere.

Incipiens, principio, primum.

Edicere, praecipere.

Mollis, bene stratus.

Carpere, vesci.

Frondosus, frondibus plenus.

Filix, vid. Georg. II. 189.

Manipulus, fasciculus.

Scabies, Räude.

Podagra, morbus pedum, cum tubercula in ungulae discrimine nascuntur.

